



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 Vtrum habitus intellectualis, quæ est ars, sit virtus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

principia uera esse ex terminis iudicat, defendit, & inchoat quæ intellectus tantummodo uidet absolute, & utrumque habet resoluendo in altissimam causam, quæ est eminentius continere. & propterea in 6. Eth. & in littera dicitur, quod continet scientiam & intellectum. & in 4. Metaph. uocatur scientia, & defendit principia ex terminis.

mo demonstratio, ponitur uirtus intellectualis speculatiua, ita etiam & opinio.

a. 3. d. & 7. 10 mo 5.

SED CONTRA est, quod Phil. 6. Eth. * ponit has solum tres uirtutes intellectuales speculatiuas. scilicet sapientiam, scientiam, & intellectum.

Art. prac.

RESPON. Dicendum quod sicut supra dictum est, * Virtus intellectualis speculatiua est, per quam intellectus speculatiuus perficitur ad considerandum uerum. hoc. n. est bonum opus eius: uerum autem est dupliciter considerabile. Vno modo sicut per se notum, alio modo sicut per aliud notum. Quod autem est per se notum, se habet ut principium, & percipitur statim ab intellectu, & ideo habitus perficiens intellectum ad huiusmodi ueri considerationem uocatur intellectus, qui est habitus principiorum. Verum autem quod est per aliud notum, non statim percipitur ab intellectu, sed per inquisitionem rationis, & se habet in ratione termini, quod quidem potest esse dupliciter. Vno modo, ut sit ultimum in aliquo genere, alio modo ut sit ultimum respectu totius cognitionis humanæ. Et quia quæ sunt posterius nota quod ad nos, sunt priora & magis nota secundum naturam, ut dicitur in 1. Phys. * ideo id quod est ultimum respectu totius cognitionis humanæ, est id quod est primum & maxime cognoscibile secundum naturam. & circa huiusmodi est sapientia, quæ considerat altissimas causas, ut dicitur in 1. Metaph. * unde conuenienter iudicat & ordinat de omnibus, quia si iudicium perfectum & uniuersale haberi non potest, nisi per resolutionem ad primas causas. Ad id uero, quod est ultimum in hoc uel in illo genere cognoscibile, perficit intellectum scientia, & ideo secundum diuersa genera scibilium sunt diuersi habitus scientiarum, cum tamen sapientia non sit nisi una.

Yes. 20. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sapientia est quedam scientia, in quantum habet id, quod est commune omnibus scientiis, ut scilicet ex principiis conclusiones demonstrat: sed quia habet aliquid proprium supra alias scientias, in quantum scilicet de omnibus iudicat, & non solum quantum ad conclusiones, sed et quantum ad prima principia: ideo habet rationem perfectioris uirtutis, quam scientia.

a. 1. circa fin. 10. 3.

AD SECUNDVM dicendum, quod quando ratio obiecti sub uno actu refertur ad potentiam uel habitum, tunc non distinguuntur habitus, uel potentie penes rationem obiecti, & obiectum materiale, sicut ad eandem potentiam uisum pertinet uidere colorem, & lumen quod est ratio uidendi colorem, & simul cum ipso uidetur. Principia uero demonstrationis possunt seorsum considerari absque hoc, quod considerentur conclusiones: Possunt et considerari simul cum conclusionibus, prout principia in conclusionibus deducuntur. Considerare ergo hoc secundo modo principia pertinet ad scientiam, quæ considerat etiam conclusiones: sed considerare principia

D. 702.

obiectum, sed secundum rationem formalem ipsius obiecti: sed principium demonstrationis est ratio sciendi conclusiones. non ergo intellectus principiorum debet poni habitus alius aut alia uirtus a scientia conclusio num.

¶ 3 Præter. Virtus intellectualis dicitur, quæ est in ipso rationali per essentiam; sed ratio etiam speculatiua sicut ratiocinatur syllogizando demonstratiue, ita et ratiocinatur syllogizando dialectice. ergo sicut scientia, quæ causatur ex syllogismo demonstratio, ponitur uirtus intellectualis speculatiua, ita etiam & opinio.

F secundum seipsa, pertinet ad intellectum. Vnde si recte consideret, istæ tres uirtutes non ex aequo distinguuntur ab inuicem, sed ordine quodam: sicut accidunt in totis potentialibus, quorum una pars est perfectior altera, sicut anima rationalis est perfectior quam sensibilis, & sensibilis quam uerberabilis. Hoc modo scientia dependet ab intellectu, sicut a principaliori; & utrumque dependet a sapientia sicut a principalissimo, quæ sub se continet & intellectum & scientias, ut de conclusionibus scientiarum diuidens, & de principiis earundem.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut supra dictum est, * habitus uirtutis determinate se habet ad bonum, nullo autem modo ad malum: bonum autem intellectus est uerum: malum autem eius est falsum. Vnde soli illi habitus uirtutes intellectuales dicuntur, quibus semper dicitur uerum & nunquam falsum. opinio uero & suspicio possunt esse ueri & falsi: & ideo non sunt intellectuales uirtutes, ut dicitur in 6. Eth. *

G

ARTICVLVS III.

Vtrum habitus intellectualis, qui est ars, sit uirtus.

Super quasi. quæ quæ gestis. prima. articulum tertium.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod ars non sit uirtus intellectualis. Dicit enim Augustinus in libro de libero arbitrio, * quod uirtute nullus male utitur: sed arte aliquis male utitur. potest enim aliquis artifex secundum scientiam artis suæ male operari. ergo ars non est uirtus.

H

¶ 2 Præter. Virtutis non est uirtus: artis autem est aliqua uirtus, ut dicitur in 6. Eth. † ergo ars non est uirtus. ¶ 3 Præter. Artes liberales sunt excellentiores quam artes mechanicæ: sed sicut artes mechanicæ sunt practicae, ita artes liberales sunt speculatiuæ. ergo si ars est uirtus intellectualis, debet uirtutibus speculatiuis annumerari.

SED CONTRA est, quod Philosophus in 6. Eth. * ponit artem esse uirtutem, nec tamen connumerat eam uirtutibus speculatiuis, quarum subiectum ponit scientificam partem alicuius.

RESPON. Dicendum, quod ars nihil aliud est, quam ratio recta aliquorum operum faciendorum, quorum tamen bonum non consistit in eo quod appetitus humanus ali quo modo se habet, sed in eo quod ipsum opus quod fit, in se, bonum est. Non enim pertinet ad laudem artificis in quantum artifex est, quæ uoluntate opus faciat, sed quale sit opus quod facit. Sic igitur ars, proprie loquendo, habitus operatiuus est, & tamen in aliquo conuenit cum habitibus speculatiuis: quia etiam ad ipsos habitus speculatiuos pertinet qualiter se habeat res, quam considerant, non autem qualiter se habeat appetitus humanus ad illas. Dummodo enim uerum Geometra demonstrat, non refert qualiter se habeat secundum appetituum partem utrum sit lætus, uel iratus: sicut necin artifice refert, ut dictum est. * & ideo eo modo ars habet rationem uirtutis, sicut & habitus speculatiui: in quantum scilicet nec ars, nec habitus speculatiuus faciunt bonum opus quantum ad uitium, quod est proprium uirtutis perficientis appetitum, sed solum, quantum ad facultatem bene agendi.

K

r. præter

6. ethi. circa in omni.

In artic. 3. aduerte Nouit, quod tunc ta duplicem bonitate. scilicet propriam habitui artis. & moralem duo in littera dicitur. nam in responsione ad primam de bonitate proprie artis, dicitur quod arte nullus male utitur. ad malum opus malitia opposita bonitati artis utitur.

In responsione uero ad secundum, de bonitate moris dicitur, quod ad hoc homo bene utitur arte, requiritur uirtus moralis: hoc enim non exigitur ad factum opus artis perfectum: quoniam potest grammatica perfectissima blasphemare Deum, sed ad bene secundum morem utendum arte.

Ca. 4. & 5.

Cap. 5.

Ca. 3. 10.

Cap. 3. 10.

Ad

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cum aliquis habens artem operatur malum artificium, hoc non est opus artis, immo est contra artem: sicut etiam cū aliquis sciens uerum mentitur, hoc quod dicit, non est secundum scientiam, sed contra scientiam. unde sicut scientia se habet ad bonum semper, ut dictum est, ita & ars: & secundū hoc dicitur uirtus. In hoc tamen deficit a perfecta ratione uirtutis, quia non facit ipsum bonum usum, sed ad hoc aliquid aliud requiritur, quauis bonus usus sine arte esse non possit.

AD SECUNDVM dicendum, quòd quia ad hoc ut homo bene utatur arte, quam habet, requiritur bona uoluntas, quæ perficitur per uirtutem moralem: ideo Phil. dicit, quod artis est uirtus, scilicet moralis, in quantum ad bonum usum eius aliqua uirtus, scilicet moralis requiritur. Manifestum est enim, quod artifex per iustitiam, quæ facit uoluntatem rectam, inclinatur ut opus fidele faciat.

AD TERTIVM dicendum, quòd etiam in ipsis speculabilibus, est aliquid per modum cuiusdam operis pura, constructio syllogismi, aut orationis congrua, aut opus numerandi uel mensurandi, & ideo quicūque ad huiusmodi opera rationis habet speculatiui ordinatur, dicuntur per quandam similitudinem artes, scilicet liberales, ad differentiam illarum artium quæ ordinantur ad opera per corpus exercita, quæ sunt quodammodo seruales, in quantum corpus seruili-ter subditur animæ, & hoc secundum animam est liber. illæ uero scientiæ, quæ ad nullum huiusmodi opus ordinantur, simpliciter scientiæ dicuntur, non autem artes, nec oportet si liberales artes sunt nobiliores, quòd magis eis conueniat ratio artis.

ARTICVLVS III.

Virtus prudentia sit uirtus distincta ab arte.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd prudentia non sit alia uirtus ab arte. Ars enim est recta aliquorum opum, sed diuersa genera operum non faciunt ut aliquid amittat rationem artis. sūt enim diuersæ artes circa opera ual de diuersa. cum igitur etiam prudentia sit quædam ratio recta operum, uidetur quòd etiam ipsa debeat dici ars.

¶ 2. Præ. Prudentia magis conuenit cum arte, quàm habitus speculatiui. utrunque enim eorum est circa contingens aliter se habere, ut dicitur in 6. Ethic. sed quidam habitus speculatiui dicuntur artes. ergo multo magis prudentia debet dici ars.

¶ 3. Præ. Ad prudentiam pertinet bene consiliari, ut dicitur in 6. Ethic. sed et in quibusdam artibus consiliari contingit, ut dicitur in 3. Ethic. sicut in arte militari, & gubernatiua, & medicinali. ergo prudentia ab arte non distinguitur.

SED CONTRA est, quòd Philosophus distinguit prudentiam ab arte in 6. Ethic.

RESPON. Dicendum, quòd ubi inuenitur diuersa ratio uirtutis,

ubi oportet uirtutes distingui. Dicitur est autem supra, quòd aliquis habitus habet rationem uirtutis ex hoc solum, quòd facit facultatem boni operis: aliquis autem ex hoc, quod facit non solum facultatem boni operis, sed etiam usum. ars autem facit solum facultatem boni operis, quia non respicit appetitum: prudentia autem non solum facit boni operis facultatem, sed et usum. respicit enim appetitum tanquam præsupponens rectitudinem appetitus, cuius differentia ratio est: quia ars est recta ratio factibiliū, prudentia uero est recta ratio agibiliū. Differt autem facere & agere, quia ut dicitur in 9. Metaph. factio est actus transiens in exteriorem materiam, sicut ædificare, secare, & huiusmodi: agere autem est actus permanens in ipso agente sicut uidere, uelle, & huiusmodi. Sic igitur hoc modo se habet prudentia ad huiusmodi actus humanos, qui sunt usus potentialium & habituum sicut se habet ars ad exteriores actiones, quia utraque est perfecta ratio respectu illorum, ad quæ comparatur. perfectio autem & rectitudo rationis in speculatiuis, dependet ex principiis, ex quibus ratio syllogizatur, sicut dictum est, quod scientia dependet ab intellectu, qui est habitus principiorum, & præsupponit ipsum in humanis actibus se habent finem, sicut principia in speculatiuis, ut dicitur in 7. Ethic. & ideo ad prudentiam, quæ est recta ratio agibiliū, requiritur, quòd hoc sit bene dispositus circa fines, quòd quidem est per appetitum rectum: & ideo ad prudentiam requiritur moralis uirtus, per quam fit appetitus rectus. bonum autem artificiale non est bonum appetitus humani, sed bonum ipsorum operum artificiale: & ideo ars non præsupponit appetitum rectum. & inde est quòd magis laudatur artifex, qui uolens peccare, quàm qui peccare nolens. magis autem contra prudentiam est, quòd aliquis peccare uolens quàm nolens, quia rectitudo uoluntatis est de ratione prudentiæ, non autem de ratione artis. Sic igitur patet, quòd prudentia est uirtus distincta ab arte.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd diuersa genera artificiale omnia sunt extra hominem; & ideo non diuersificatur ratio uirtutis: sed prudentia est recta ratio ipsorum actuum humanorum, unde diuersificatur ratio uirtutis, ut dictum est.

AD SECUNDVM Dicendum, quòd prudentia magis conuenit cum arte, quàm cum habitibus speculatiuis quantum ad subiectum & materiam. utrunque enim est in opinatiua parte animæ, & circa contingens aliter se habere: sed ars magis conuenit cum habitibus speculatiuis in ratione uirtutis, quàm cum prudentia, ut ex dictis patet.

AD TERTIVM Dicendum, quòd prudentia est bene consiliatiua de his, quæ pertinet ad totam uitam hominis, & ad ultimum finem uitæ humanæ, sed in artibus aliquibus est consilium de his quæ pertinent ad fines proprios illarum artium; unde aliqui in quantum sunt bene consiliatiui in rebus bellicis, uel nauticis, dicuntur prudentes.

in 6. Ethic. ergo opinata pars anime hæc duo inueniuntur data de ea sententia et a diuo Thoma dicitur in 6. Ethic. inueniuntur connotata cogitatiua, illi tribuitur opinatiui nomen. Et in 1. par. q. 79. ar. 5. ad 3. inueniuntur principia in intellectu, in ipso posuit opinatiui: medium enim extremum utriusque sapit. scd, quod unus habitus est quique in diuersis potestatis, sic quod una principaliter, & in alia secundario, & sic prudentia est intellectus principaliter, & in cogitatiua & in memoratiua secundario. Et propterea diuersa de ipsa dicuntur, quæ non repugnant, dum nunc principale, nunc secundarium subiectum assignatur, & de his in 2. 2. q. 47. amplior erit sermo, cum prudentiæ natura discutietur, nunc sufficiat hæc conuenia et arti.

Ar. 1. & q. 56. art. 3.

D. 237.

Text. 16. 10. 3. 6

7. 2. 7. 4. 3

art. 2. ad 2.

Cap. 8. post med. & lib. 5. c. 4. etiam a med. to. 5.

In corp. art.

Ar. præced.

le fig
quo di
sicut
pars est
fector
hoc n
princi
a prin
tum &
diuidi
dicum
boni
ellectus
de soli
quibus
opinio
eo non
hi.
quinta
ima. ar
ritum.
aduer
quod n
in boni
propri
is. & mo
in liti
nam in re
ad primi
propria
quod u
aliquid
opus ma
ta boni
ar.
sione uo
dum, de
oris dicit
ad hoc q
utatur ar
ur uirtus
enim no
faciendi
fecti:
est Gib
fectissim
e Deum,
secundū
indū arte.

r. præced. ar. 3.

6. ethic. circa inco. omis.

quinta ima. ar. ritum.

aduer quod n in boni propri is. & mo in liti nam in re ad primi propria quod u aliquid opus ma ta boni ar. sione uo dum, de oris dicit ad hoc q utatur ar ur uirtus enim no faciendi fecti: est Gib fectissim e Deum, secundū indū arte.

Intra ar. 5. ad 1. & 2. q. 47. ar. 4. ad 2.

Ca. 4. & 5.

Cap. 5.

Ca. 3. 10. 7.

Cap. 3. 10. 7.

Ad